



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia LV. Et statim coegit discipulos suos conscendere nauim, ut præcederent transmissio lacu ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam. Et cùm dimisisset eos, abijt in montem ad orandum. Et cùm ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

*Allegorica historiae expositione.*  
Ioan. 6.

Ceterum tempus est, ut mysticum quoque huius historiae sensum excutiamus, quibus quae hoc capitulo haecenus dicta sunt, probe conveniunt. Nam de Apostolorum missione & ecclesiae suae verbi Dei ministerio egit Marcus, & in praesenti panes isti Christum referunt, qui se verum panem vitae esse ait. Fractus turbae apponunt Apostoli. Sic Christi mortem & meritum ministri docendo proponunt. Quorum est videre, ne quid aliud, quam quod ab ipso Christo acceperunt, ecclesiae praedicent. Christus in caelum sublatis oculis gratias egit Deo. Ita non sine precibus & gratiarum actione doctrina proponi debet, eod quod nostro studio nihil proficitur, nisi spiritus sancti operatio accedat. 1. Cor. 12. Alio aliter Christus excipi potest quam animis per fidem in caelum sublatis, quae & precibus ad Deum ardentissimis & gratiarum actione assidua vitur. Edunt illi & saturantur: Ita Christus filium salutis reuera certi facti sunt. Saturatis omnibus non defecerunt panes, sed superflui quibus alijs alendis sufficere potuissent: Ita etsi Christum ederint electi omnes ab ipsa mundi origine, non deficit tamen ille, sed unus & idem manet hodie, heri & in secula, omnibusque ad salutem proficiet usque ad mundi consummationem, quosquos in illum credunt. Subentur fragmenta ceteris discipulis: ita curandum pijs Christi servis ut doctrine fragmenta conferantur, ne quando propria nostra negligentia obstare videatur, quod minus illi Christi cognitione frui possim. Quo loco scholarum & studiorum institutio maxime requiritur, quorum cura magistratibus & ecclesiarum ministris commendatissima esse debet: quae de re alibi commodius dicitur. Facit Deus pater, vobiscum in ultimo seculo filij sui Iesu Christi cognitio passim innotescat, ut hoc viuisco pane saturati, & conscientia terroribus liberati, cum illo verè & beatè vivamus. Illi debetur benedictio, beneque gloriosè potestas in eternum. Amen.

Ioan. 4.

Hebr. 12.

H O M I L I A LV.

Et statim coegit discipulos suos conscendere navim, ut praecederet transmissis lacu ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam. Et cum dimisisset eos, abiit in montem ad orandum. Et cum advenisset vespera, erat navis in medio mari, & ipse solus in terra. Viditque eos laborantes in remigando (erat enim ventus eis contrarius) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans super mare, & volebat praeterire eos.

*Argumentum & usus praesentis loci.*

Postquam diuus Marcus hoc Cap. de missione Apostolorum & verbi ministerio differunt, sancti Ioannis Baptiste exemplo docuit, quae & quam gravia pericula fides Christi ministerio noceant: mox ijs occurrit, quae illos in officio suo remorari possunt. Inter quae duo praecipua sunt. Alterum est inopia metus & anxia victus acquirendi sollicitudo, quae carni non potest non obrepere, quando exilium & honorum consecrationem sibi ob oculos positam videt. Sed contra hanc praecedenti miraculo nos abundè instruxit, quo docemur, nihil unquam ijs desore, qui Christum sequuntur, & illius voluntati sese accommodant. Alterum verò est omne tribulationum & periculorum genus, quibus fideles assidue & graviter tentantur, quaeque infirmos (nisi Dei gratia confirmentur) vel ad illicita media confugere, vel etiam Christum abnegare cogunt. De hoc itaque in praesenti agitur, dum verba Christi docet, se suos in quovis periculo asserere & eueri velle simul & posse. At cum in hoc periculo versetur fidei constantia, ex qua salus nostra non minima ex parte dependet, singulas huius historiae partes penitus inspicere multum proderit.

*Afflictiones non absque Dei providentia oriuntur.*

Primum afflictionum omnium causa & origo notatur. Christus enim vbi quinq; millia viros miraculose cibavit, mox discipulos navim ingredi & in alterum litus Bethsaidam transire cogit: & inuitos quidem cogit, cum quid ipsi eveniturum esset, nequaquam ignorare possent. Quo exemplo patet, afflictiones nobis non absque Dei providentia contingere. Quia enim is exercitum Deum minus in scripturis dicitur, & creaturis omnibus potenter imperat, facillimum illi esset, praedibere ne quid damni suis afferrent. Quoties ergo vel mali spiritus, vel homines improbi, vel bestiae, vel tempestates

tempetates terra aut mari oborta, nos infestant, illius consilio hoc fieri cogitemus, qui aut suos tentare et illorum fidem exercere decreuit ad nominis sui gloriam (sicuti Abrahami, Iobi & multorum aliorum exemplis edocemur) aut eorundem peccata castigare statuit, siue etiã prauentire, ne peccandi licentia abiret cum mundo infelici & paniter nescio male pereant: id quod paterni in Deo fauoris in iudicium esse, Paulus ex Solomone luculenter probat. Quam enim hoc necessarium sit, ob ingenitam naturam nostram corruptionem, que orio & securitate magno nostro malo abuitur, Davidis & multorum aliorum exempla abunde docent, & nos ipsi quotidie experimur. Plurimum verò consolationis affert ista consideratio, cum inde constet, nos afflictionum disciplina omnino opus habere, festissimas verò & saluberrimas esse eas, que in Dei vocatione versantibus incidere solent.

Quid autem Christus, postquam ipso impulsore Apostoli nauim soluerunt? Primùm dimittit à se verbas, & (vt ex Ioanne patet) plerisq; discedere nolentibus & ipsum regem facere volentibus, sese subducens in montem secedit. Quia enim promissiones & prophetias de Messia iuxta literam intellegendas Iudæi, regnum quog; sub illo terrenum & carnale somniabant: quo errore etiam Apostolos dicitur docuisse, crebra ille inter ipsos contentiones de primatu abunde testatur. Regem autem secedit Christus, & suo exemplo ministros docet, ne regna huius mundi affectent, neue aliquam de se suspitionem prebeant eorum, de quibus Euangelij doctrina falso insimulari consuevit. Sciebat enim doctrinam de Messia, cum Herodi regum Romanorum præsidibus hoc potissimum nomine suspensam esse, quòd Iudeos hoc prætextu spem libertatis recuperanda fouere, & de excutiendo iugo consilia varia mire intelligerent. Diligenter ergo cauet, ne quam de se regni affectati suspitionem præbeat: quin à Pilato ea de re interrogatus, regnum suum non esse de hoc mundo, ingenue fateatur. Erat hoc hodie obseruandum Rom. Pontificibus, qui cum se Christi vicarios esse gloriarentur, in omnia mundi regna sibi ius & imperium vendicant, & vt suam illam tyrannidem tueantur, reges nouis subinde & multis bellis committunt. Nec minus nobis etiam publicè & priuatim imitandum erat Christi exemplum. Scimus enim Euangelium vulgò accusari, quòd turbas & seditionibus causam præbeat, & offrenem peccandi licentiam inducat. Quare omni studio nos anniti decebat, ne calumnijs hinc nostro exemplo fidem faceremus apud rudes & imperitos, qui vitam potius nostram, quam doctrinam inspicere solent. Vnde hoc Paulus, qui à licitis quog; abstinuit, si quando libertatem suam alijs offendendo esse videret. Quamò grauior ergo illorum culpa est, qui sub Euangelicæ libertatis prætextu impudenter faciunt, que cum publica honestate pugnant? &c.

Deinde Christus in montem digressus orat. At qui oratione sine precibus illi minime opus erat, cum illi pater omnem potestatem dederit. At mediatoris officio illum fungi oportuit, simulq; suo exemplo preces nobis commendat, & quomodo hæc institui debeant, docet. Nam si totum illud conuersationis Christi in terris in spicias, vix vnquam illum maiori successu usum fuisse patebit, quam in presentibus, quado tot millia hominum illum Messiam esse palam fatebantur, & ipsi regnum deserunt. At non latebat illum eorundem inconstantia & leuitas, qua mox ab ipso defecturi erant, simulq; suos in tempestate grauisima periclitari sciebat, quos suis apud patrem precibus adiuari oportebat. Nilius ergo exemplum imitati, iuxta Pauli præceptum, indies in ore habemus, nec vnquam huius seculi precibus esset amur. Instabilis enim est, quacumq; in hoc mundo contingit felicitas: & licet nobis succedant omnia, non desunt tamen interea pij fratres, qui dum nos pace & orio fruimur, sub cruce laborant & insinuat periculis exercentur: quibus nos condolere oportet, cum & fratres & eiusdem corporis membra sint sub Christo Iesu, quem nobis Deus caput & communis vite autorem constituit. Cuius vitam hodie meminissent, qui inter publicas ecclesie afflictiones securi volupruntur, & ita palam ostendunt, se ad ecclesie corpus nequaquam pertinere.

Sed ad secundam huius historie partem transeamus, qua discipulorum Christi periculum continet, quod grauisimum fuisse, omnes circumstantie docent. Fuit enim ventus illis contrarius, & quidem adeo vehemens, vt nauis à fluctibus afflictaretur, sicuti Mattheus tradit. Leue tamen hoc videri poterat, nisi noctis tenebra periculi metum auxissent. Accedit hõ diuturnitas quoque, quado sub quartam demum noctis vigiliam Christus illis assertor & saluator aduenit. Solebant enim veteres nocte in quatuor vigilijs partiri, quarum postremam non ita multis horis antequam aurora illucesceret exor diebantur. Vnde patet, totam fere noctem discipulos inter ventorum & fluctuum

Genesis 22.  
Iob. 1. 2.  
1. Cor. 11.  
Hebr. 12.  
Prouerb. 3.  
2. Sam. 11.

Christus turbis dimissis sese subducit.  
Ioan. 6.

Matth. 13. 20.  
Lucæ 22.

Matth. 21.

Ioannis 8.

1. Cor. 8. 9.

Christus in monte orat.  
Matthæi 28.  
Ioan. 3.

1. Thess. 5.

Rom. 12.  
Hebr. 13.  
1. Cor. 12.

Tempestate periclitatur discipuli.  
Matth. 14.

procellas de vita periclitatos fuisse. Inducuntur haec in eum ysum, ne nobis mirum & insolitum videatur si quando ipsi quoque periculis grauibz & diuturnis exerceantur. Tunc enim & possibilibz imitandi sunt, quos nec aduersus Deum murmurauisse, nec Christum accusauisse, nec inter se conuicijs & opprobrijs certauisse, sed in remigando sedulos & strenuos fuisse audimus. Nec est quod illos vnus modo noctis spatio laborasse, nos autem indefinentibus malis affligi dicamus. Nec est quod haec modo nox illis laboriosa & periculosa fuit, sed si vitam illorum omnem inspicias, nihil praeter animos & sibi inuicem assidue succedentium periculorum & persecutionum atq; peregrinationum laboriosissimarum Euripos inuenies. Quibus adeo non fracti sunt illi, vt tandem magno & fortissimo vitam quoque pro Christo & Euangelio ipsius deposuerint. Eandem olim parum quos conditorem fuisse constat, inter quos Iacob, cum ad extremam vsq; senectam peruenisset, dies vita praeregrinationis suae paucos & malos fuisse fateatur. Nec reuerentem Mosi scripsit: Dies annorum nostrorum anni sunt septuaginta, aut ad summum octoginta, & praecipuum horum labore est & multum. Et Iob hominis vitam militiae confert, quam similitudinem in Christianos potissimum committit Paulus ad Ephesios multis docet. Praeparatur ergo ad labores & pericula fratres, et in ipsa duremus constantes & intrepidus, nec deerit nobis Christus, quem hic quoq; discipulis fidam salutarem affuisse Marcus scribit.

Gen. 47.  
Psal. 90.  
Iob 7.  
Ephes. 6.

1. Christus discipulos periclitantes uidet.  
Psal. 34.  
Ier. 31.  
Matth. 6, 10.  
Luc. 12.  
Exod. 3.

Isa. 49.  
Psal. 56.

2. Christus sub quartam vigiliam discipulis succurrit.  
Gene. 15.  
Psal. 27.

3. Christus super mare ambulat.

Et primo quidem, qui cum discipulis aut perfide aut negligenter egisse uideri poterat, deinde nauigare coegit, ipse uero in litore solus subsistit, illos laborantes uisisse dicitur. Minime enim illorum curam deposuit, sed illis oculis eos respexit, quos Dauid nunquam non super iustos interitus respicitur. Hinc nobis vnuer salis consolatio petenda est, Deum nostri curam baud vnquam abiecit, nec illum aliquid eorum latere, quae nobis in huius mundi palaestra acciderent. Aperiuntur enim (vt propheta ait) oculi ipsius super omnes uias hominum, & providentiam ipsius ad minima curae extendi, Christus multis admonet. Ita olim afflictionem filiorum Israel in Aegypto uidi, & uoluntate saepe postea a vicinis gentibus et tandem a Babylonijs oppressos clementer respexit. Nec mirum est se erga ecclesiam atq; singulos fideles affici, per Isaiam promittit, cum ait: Num oblitiscatur uultus infantis sui, quod minus misereatur filij ueteri sui? Sed esto, oblitiscatur ille, ego tamen non oblitiscar. Ecce in manibus huius ambabus insculpsi te, muri tui perpetuo coram me sunt. Sane haec praesentis consolationis, si enim incundum est inter homines aliquem habere, qui rebus tuis praesentem uideat, quando praesentius putari debet, quod Deum nostrarum afflictionum inspecitorem & uisitorem scimus? Dauidi certe hoc olim praecipuam consolationem attulit, quod Deum fugas suas uideret, & lachrymas in conspectu suo semper habere sciret. Debent autem haec ira accipi, vt salum Deum pro Christo nos tueri & asserere credamus, & proinde ad illum vnum in periculis confugiamus, qui vt solus nos in omni angustia uidet, ita solus etiam nos saluare uult & potest, sicut postea scripturatur docemur.

Deinde sub quartam uigiliam demum illis saluator aduenit. Habet enim certum saluandis tempus, quando nimirum & impiorum iniquitas impleta est (vt olim de Amorrhais dicitur) & magis afflictionibus meliores facti, fide in nostra documenta clara praebuimus. Expellendus ergo est impatience, ne dum illi aliquid temere praescribimus, illius uel potentiam, uel uoluntatem, uel pietatem in dubium uocemus. Vbi illorum exempla considerasse proderit, qui olim diutius malis afflicti, tandem fidam Dei opem senserunt: quae cum scripturas legendis pessime occurrerent, non est quod illis recitandis diu immoremur. Necessariam item esse cogitanti patientiam & obedientiam diuini auxilij expectationem. Qui enim illa destituuntur, relinendo cruciatu sibi ipsi adhaerent, & tandem impatientia superati, ad media illicita consurgunt, quibus Dei iram magis incitant. Et si quando Deus opem diutius aequo differre uidetur, in remeipsum descedens uideat, quem parum haec tenus castigando profeceris, & mox intelliges, te grauioribus adhuc uigiliis ad curam diuini opus habere.

Tercio super mare ambulat Christus, ita nimirum diuina potentia se firmum edens, super mare dominum esse docens, quod ipsum olim in maris Rubri diuisione ostenderit. At non equum modo, per uicem reliquis elementis & omnibus creaturis imperat, ne suis praeter ipsius uoluntatem uicere possint. Sic olim ignis vim cohibuit, ne in fornacem conuersus in uicem uicissim fieri uideretur.

Et leonem fauces constrinxit, ne Danielem laderent. Et multa extant eius generis exempla, quod Dan. 3. 6. tam omnium usus est, ne periculorum magnitudine territi de Dei auxilio desperemus, cui nihil impossibile est. Interim obseruabis, quod se preteriturum simulat, nimirum ut ipsorum fidem magis exerceret. Et idem hodie non raro, quando exeret quidem non obscura sue potentie signa, sed eiusmodi, que nihil ad nos facere videantur, dum nos assiduis afflictionibus exerceri sinit. Vbi quod in alijs liberandis prestat, ad nos transferre debemus, nec dubitare, quin eundem ipsi etiam experturi simus, ubi nostra redemptionis dies aduenerit. At de hoc in sequenti sermone commodius dicetur. Dicitur modo, Deum iusto iudicio & consilio salutaris suis varias tribulationes immittere, sed eandem illos clementer tueri. Armemus ergo nos patientia & fide in Christum constanti, cuius ope omnibus aduersis superiores aliquando reddemur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

4. Christus simulat se discipulos preteriturum esse.

HOMILIA LVI.

At illi ut uiderunt eum ambularem super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamauerunt. Omnes enim uidebant eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, dixitq; eis: Confidite, ego sum, ne timeatis. Et ascendit ad eos in nauim, quiseuitq; uentus: & ualde ex abundanti apud sese percellabantur, & mirabantur. Non enim intellexerant de panibus. Nam cor eorum occalluerat.

Hominis uitam, Christiani imprimis, laborum & periculorum plenam esse, omnis scriptura testatur, & experientia quotidiana abunde probat. At quia his superata caro frequenter peccat, & cum ante Deo impacienter obmurmurat, aut ad media illicita confugit, necesse est aduersorum, quibus exercemur, rationem probe cognitam habere, ut quid in illis fieri conueniat, & unde auxilium peti & expectari debeat, intelligamus. Id cum scriptura passim tradat, Christus tamen in presentis historia, eum speculo nobis contemplandum proponit. Primum enim dum ab ipso impulsus nauigant, & nauigando periclitantur Apostoli, nihil nobis absque sua providentia consilio accidere docet. At idem interea suos periclitantes uidet, pro ipsis orat, & sub quartam uigiliam super fluctus tumentes miraculo ambulans, illis opem lacurus accurrit, nimirum ostendens, se nostri curam nunquam deponere, & mediatorem esse fidelem, qui pro nobis apud patrem nunquam non intercedat, & tandem opportuno tempore ex quouis periculo poterit afferat. In presenti autem altera historie pars consideranda uenit, que primum ut Apostoli ad Christi conspectum affecti fuerint, narrat: deinde illius bonitatem simul atque diuinam potentiam: & tandem miraculi effectus luculenter describit.

Argumentum usus presentis loci.

Apostoli cum Christum insolito modo super aquas ambularem uiderent, spectrum esse putant: quoniam nocturnam angantibus sepe occurrunt; & cuius generis multa hominibus fatan obijcit, quibus terrore, uel superstitionum causas offerre conatur. Inter Christianos certe purgatorius ignis, & que hostia Missarum pro defunctis atq; exequiarum nundinatio ex apparitionibus & spectris diabolicis ortum habuit: de quibus facile iudicare possunt, qui ex Dei uerbo didicerunt, credentium spiritus a morte in uitam transire, impios uero similiter ad eos colligi, quorum uestigia secuti sunt. Et Apostoli quidem tale quid esse putantes, adeo terrentur, ut pre metu exclamant. Facit hoc ad periculum auerendum, quando iam sibi non modo cum vento & fluctibus, uerum etiam cum malo demone fore arbitrantur. Nobis autem obseruanda est discipulorum infirmitas: qui est eum Christo uia conuersati, miracula eius plurima, & maiora hoc presenti uidissent, nunc tamen metu superati, illum ne agnoscerent quidem, nec eorum, que antea uiderant, recordantur, ut saltem ex illis aliquam sibi sine consolationem concipiant. Simile quid illos post resurrectionem Christi passos fuisse, Lucas scribit. Discamus hinc nostram infirmitatem agnoscere, que in pijs quoq; & electis tanta esse solet, ut apparitionibus et reuelationibus diuinae potentie & glorie celestis totis animis consternerentur, priusquam consolationem, que per has offerretur, percipiant: cuius rei exempla alibi etiam in Apostolis & Matth. 17.

1. Apostoli Christum putant spectrum esse, & terrentur. Ioan. 5. Ezech. 32. Isai. 14. Luc. 16.

Luc. 24. Daniel. 10. Matth. 17.